Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 197

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 470.

„solvitur tribus libris, liber duabus partibus. In fine legitur: "Finitus est iste liber in die conversacionis (c) Sancti Pauli anno domi„ni 2c XXXI°. /: 1431 :/. De Aegidio vide Codi„cem CLVI. num: 1.

(c) Conversionis

Cod: CXCVII.

Chartac: Fol: Soec: 15.

2
3.10.

1

Comentarius in Apocalypsin. Incipit: "Apokalipsis Jesu Xti quam dedit illi deus. Notandum ad intellectum libri de distincci„one etatum". Margini superiori adscriptum est: "Anno domini 2c 48. /: 1448. In fine legi„tur: "Explicit Glosa super Apokalipsim Repor„tata Wienne apud fratres predicatores per ma„nus Andree de Regen." Ex hac subscriptione pro„num est concludere, præfatum Comentarium ex ore docentis cujusdam Magistri a discipulis exceptum, litteris mandatum, et denuo a Ma„gistro correctum esse, et approbatum; id enim vox: Reportata indicat, ut videre est in disser„tatt: criticis de gestis S: Thomæ Aquin: Joan: Fr: de Rubeis p: 53, et quos ibi adducit Ptolom: de Luca, Bern: Guidonem &c: Sed prop„terea S: Thomam Glossæ hujus authorem ne suspi„cor quidem; nam duo qui ei /: falso quidem :/ tribuuntur comentarii in Apocalypsin, inci„piunt: Vidit Jacob in somnis; et: Vox domi„ni præparantis cervos. Unde nil reliquum, quam ut credam, hanc expositionem esse profectam a quodam Magistro Ord: Prædic: Viennæ docen„te, mihi autem ignoto; nisi forte sit Berthol„dus Puechauser, seu de Ratispona /: aliis erro„nee Ruchavoser dictus :/ Ord: Fr: Eremitarum S. Augustini, qui soeculo 15to Viennæ docuit,

Comentarius in Apocalypsin.

1a – 101a

Bertholdus Puechauser

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 197

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 471.

et lecturam super apocalypsin exaravit. Vide Ossinger Bibl: Augustin: p: 720.

2

S. Thomæ Aquin. Catena aurea in Evang: S. Joannis. 104a-145b

S. Thomæ Aquinatis Catena aurea in evangelium S. Joannis. Rubrica præmittitur: "Aggregaciones Thome de aquino super Johanem capitulum primum." Initium glossæ est: "Divine visionis sublimitate illustratus ysaias propheta dixit vidi dominum sedentem" &c. In codice nostro progreditur usque ad vers: 21. capitis octavi. De hac catena vide Quetif Script: Ord: Prædic: T. I. p: 326 seqq: ubi eam S. Thomæ contra Petrum de Alva Ordin: Min: vindicat. Extat inter opera S. Thomæ Paris: 1660. Fol: Tom: XVII.

3

Guilelmi Britonis Vocabularius. 148a-173a

Guilelmi Britonis Vocabularius cum vocum hebraicarum in bibliis occurrentium interpretatione latina. Incipit: "Abba secundum Papiam Syrum" &c. In fine mutilum est. Guilelmi Britonis esse opus doceris a Codice CLVI n: 2. ubi vide.

4

Sermo. 173b-178a

Sermo de omnibus Sanctis, qui incipit: "Exultate in illa die quia &c quamvis ex evangelio isto."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 197

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 472.

5

S. Thomæ Aquin. Cōment: in epist: ad Hebræos.

183a–222b

S. Thomæ Aquinatis Cōmentarius in epistolam ad Hebræos. Præcedit prologus valde prolixus, qui incipit: "Cum venerit quod perfectum est &c: In primitiva ecclesia." Prologus equidem iste in editionibus non invenitur; Cōmentarius tamen stilum S. Thomæ redolet, cum editionibusque, ad materiam convenit, nonnunquam tamen ita discrepat in verbis, ut sub compendio noster dicere videatur, quae in editionibus fusius dicuntur. Joannes Fr. de Rubeis in dissertat: critic: de S. Thom: p. 69. col: 1. ex veterum allatis testimoniis dicit S. Thomæ Cōmentationes in epist: ad Hebræos proprio ipsius stilo editas solum fuisse in decem priora capita; cæteras autem ex ore Thomæ dictantis e suggestu postillas excepisse socium ipsius Reginaldum de Priverno, quas dein novis curis ipse Thomas expendit, correxit approbavitque. Cōmentarius noster integram exponit epistolam, hancque exhibet subscriptionem: "Anno 2E duodecimo /: 1412 :/ Finitus est iste liber in die S. Mathey apostoli per manus Johannis de Frontzperkch."

6

Cōmentariq in Evangelium S. Mathæi.

223a–231a

Commentarius in evangelium S. Mathæi usque ad vers: 18 cap: 1mi in fine mutilus. Prologus incipit: "Sicut referunt matheum conscribere evangelium causa compulit talis"; Commentarius autem: "Liber generationis &c. Liber quasi apotheca gratiarum."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 197

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27534

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)